

retur, si talis ignorantia abesset, unde actum voluntatis nec antecedit, nec sequitur, sed tantum concomitantur se habet ad illum, ut cum venator ille pro fera inimicum suum, non de eo cogitans, interficit, quem tamen occidit, si novisset esse suum inimicum. Ignorantia subsequens est, que à voluntate directe, vel indirecte est volita, adeoque sequitur illam, ut ejus effectus, est que simpliciter culpabilis, & culpabilis. Talis ignorantia directe seu indirecte volita reperitur in illis, qui vel expresse ignorare volunt, vel non curant, ut debent, ad discere ea, que scire possunt, & tenentur.

6 Ignorantia dividitur ulterius in invincibilem, & inculpabilem, & in vincibilem, & culpabilem. Ignorantia invincibilis, & inculpabilis est, que morali diligentia vinci, vel tolli nequivit, utpote quia, vel nunquam venit in mentem cogitare, vel dubitare de tali re; vel etiam si in mentem venisset, tamen morali, & ordinaria adhibita diligentia, ignorantia illa vinci, seu tolli, & veritas cognosci non potuisset; & hæc simpliciter non est voluntaria, nec indirecte, ideo etiam antecedens, quia omnem actum voluntatis antecedenti ignorantia vincibilis, & culpabilis est, que morali adhibita diligentia vinci, ac superari, & opposita scientia acquiri potuisset, & debuisset, & hæc ignorantia semper est aliquo modo voluntaria directe, vel indirecte, ideoque etiam dicta subsequens, quia actum aliquem voluntatis subsequitur.

7 Ignorantia vincibilis, & culpabilis subdividitur in affectatam, & non affectatam, que inter se differunt, quod illa directe voluntaria sit, & hæc indirecte, ut cum S. Thoma 1. 2. quest. 76. art. 3. observant passim Doctores. Hinc ignorantia affectata, & directe voluntaria est, cum quis data opera vult ignorare, & non inquirere veritatem, sive ob discendi tedium, ac pigritiam, ac si legis obligatione ignorata, vel excusationem aliquam mereatur à transgressione legis, vel liberius sine remorsu conscientie peccare possit, de quo Regius Psaltes Psal. 25. ait: Noluit intelligere, ut bene ageret; & S. Thom. citat. quest. 76. art. 1. in corp. dicitur: Quod talis ignorantia videtur, augere voluntarium, ex intentione enim voluntatis ad peccandum provenit, quod aliquis vult subire ignorantia dammum propter libertatem peccandi. Ignorantia non affectata, & indirecta tantum voluntaria est, cum quis, non quidem vult ipsam ignorantiam in se, sed solum non vult adhibere sufficientem, ac debitam diligentiam inquirendi, ac cognoscendi veritatem, ideoque eo ipso indirecte velte ignorantiam convincitur. Et hæc ignorantia alia est crassa, seu supina, ad quam superandam, veritatemque cognoscendam nulla prorsus diligentia, vel cura adhibita est, qualis plerumque esse solet ignorantia earum rerum, que communiter ab ejusdem status vel conditionis hominibus cognoscuntur, vel etiam cognosci debent; & alia est non crassa, nec supina, ad quam tollendam aliqua quidem, sed tamen non sufficiens diligentia est adhibita, seu ea est, que non tam facile superari, & tolli potuit.

9 Ignorantia invincibilis Juris divini excusatur à peccato. Communis, ac certa, & habetur expresse ex Joann. 15. ibi: Si non viderem, & locus fuissem eis, peccatum non haberem; nunc autem excusationem non habent de peccato. Unde S. Pius V. die 11. Octobris 1567. constit. in ois. Ex omnibus, merito damnavit inter alias propositiones Michaelis Baii sequentem 68. in ordine: Insuperbia pure negativa in his, quibus Christus non est predicatus, peccatum est, quam damnationem confirmavit Gregor. XIII. die 29. Januarii 1670. constituit in ois. Provisionis nostræ; & Urban. VIII. die 6. Martii 1641. constit. in ois. In eminenti. Etiam ignorantia invincibilis Juris naturæ excusatur operantem ab omni peccato. Communis. Unde Alexander VIII. die 7. Decembris 1690. inter alias merito damnavit sequentem propositionem 2. in ordine: Tametsi deus ignorantia invincibilis Juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem, ex ipsa non excusatur à peccato formali.

10 Ignorantia invincibilis Juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem, ex ipsa non excusatur à peccato formali. (Hic propositio non est in mente, sed in corpore, ut dicitur in textu.)

11 Hic propositio non est in mente, sed in corpore, ut dicitur in textu.

naturæ laborat. Id docet Apostolus illis verbis ad Rom. cap. 2. vers. 15. Gentes, que legem (scriptam) non habent, ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, ut etiam defendentibus. Ex quibus verbis S. Augustinus lib. 2. serm. Dom. in Monte cap. 9. infert, nullam esse animam, que tamen rationari potest, in cuius conscientia non loquatur Deus. Videsis P. Joann. Laur. Bert. de Theolog. Discipulis. 1. 2. cap. 10. & si libet, etiam Joann. Goth. Heineccium Jur. natur. & gener. lib. 1. c. 1.

12 Ignorantia invincibilis, non solum juris, sed etiam facti, excusatur omnino à culpa; quia ubi non est voluntarium, uti in ignorante ignorantia invincibili, tam juris, quam facti, ubi nulla est culpa. Ita S. Augustinus lib. 3. de liber. arbit. cap. 18. & leg. de duabus animabus capit. 10. & 11. S. Thomas 1. 2. quest. 76. art. 4. S. Bonaventura in 2. sentent. dist. 2. art. 2. quest. 3. & communis aliorum. Ignorantia invincibilis non solum antecedens, sed etiam concomitans excusatur à peccato. Ita Suarez lib. 1. moral. cap. 16. num. 13. Azor. lib. 1. cap. 14. quest. 4. Layman lib. 1. tract. 2. cap. 4. num. 8. Cardin. lib. 2. quest. 19. Reiffenstuel Theol. Moral. tr. 1. dist. 1. quest. 5. num. 43. Sporer tom. 1. tract. 1. promial. cap. 1. sect. 4. num. 35. ubi testatur de communis contra Cajetanum, Covarr, Sayrum, & alios. Et ratio est, quia ignorantia invincibilis etiam concomitans tantum, & non causans opus, vere, & invincibiliter reddit incognitum, & consequenter involuntarium id, quod cum tali ignorantia agitur, sed ubi non est voluntarium, ubi non est culpa, ergo qui invincibiliter ignorat hominem esse, quem pro fera cogit, quamvis nihilominus occidisset, si antea eum cognovisset esse suum inimicum, nullam incurrit culpam; Deus enim non imputat homini peccata, que faceret, si hoc, vel illud in mentem ei veniret, sed divina gratia adscribendum est, quod in animo de facto non incidat, ut ex S. Augustino recte docent Suarez tom. 2. de religio. lib. 3. de jurement. cap. 7. num. 6. Sanchez leg. 3. moral. cap. 5. Layman loc. cit. num. 8. Sporer loc. cit. num. 35. Tum quia licet actus homicidii, v. gr. factus cum ignorantia concomitante tantum haberet adjectum effectum, vel propositum adhuc occidendi, etiamsi cognovisset esse hominem suum inimicum, vel postea comperteret reversa fuisse hominem suum inimicum, sequatur gaudium, complacentia, & approbatio, manet quidem illa voluntaria, & peccatum seorsim homicidii interni: & ipse actus, ut homicidii externi, sicuti de facto est incognitus, ita est non voluntarius, & consequenter non peccaminosus, quod optime tradidit Sotus tr. de ratione evadendi peccata lect. 2. ibi: Ignorantia concomitans, nec accusat, nec excusatur, cum nec voluntaria sit, nec involuntaria. Itaque occisio inimici, dum putatur occidi feram, non fuit tunc peccatum, quia non est voluntaria; erit tamen peccatum, quando opus plaverit.

13 Ignorantia vincibilis, sive antecedens, sive concomitans, non excusatur à culpa; cap. 1. de ordinat. ab Episcop. qui renant. episcopatu. & cap. Apostolica de Cleric. excommuni. minit. (Consonat lex 22. tit. 6. 34. tit. 9. part. 1.) S. Thomas 1. 2. quest. 76. art. 4. & alii communiter. Quod enim fit ex ignorantia, vel cum ignorantia vincibili, est voluntarium, adeoque peccaminosum. Ipsa vero ignorantia vincibilis saltem non affectata, quamvis non excusatur à culpa in toto, minuit tamen in parte. Communis. Et ratio est, quia actus quanto minus est voluntarius, tanto minus est peccaminosus: actus autem procedens ex ignorantia licet vincibili, etiam crassa, vel supina, saltem non affectata, est minus voluntarius, ut de se patet, quam actus procedens ex scientia, adeoque licet talis ignorantia vincibilis non excuset à culpa in toto, minuit tamen in parte, & quidem proportionaliter, quanto minus est voluntaria ignorantia, & culpabilis, eo minus erit peccaminosus actus ex ipsa procedens. Hinc magis minuit culpam ignorantia non crassa, nec supina, utpote minus voluntaria, ut patet ex traditis supra n. 8. Notat tamen fuit dictum saltem non affectatam; quia ignorantia affectata, nedum non minuit culpam, sed potius auget, quam minuat voluntariam: Ipsa enim adeo

14 Nota, quod ignorantia non excusatur à peccato formali, sed a peccato materiali.

15 Nota, quod ignorantia non excusatur à peccato materiali, sed a peccato formali.

16 Nota, quod ignorantia non excusatur à peccato materiali, sed a peccato formali.

adhæret peccato, ut etiam pro majori libertate sine ullo conscientie scrupulo peccandi, horreat scientiam avocantem à peccato, ut patet ex Job. 21. ubi consimiles impii affectati ignorantes dixerunt Deo, recede à nobis; & scientiam viarum tuarum nolimus; & alius apud Regium Psaltem Psal. 35. Noluit intelligere, ut bene ageret, & sic notavit S. Gregorius lib. 25. moral. cap. 11. & docuit S. Thomas cit. quest. 76. art. 1. in corpore per præcisa verba adducta sub num. 7. & tenet Corduba lib. 2. quest. 20. Navarr. in cap. Sciendum 4. dec. 2. de panit. Sanchez lib. 1. moral. c. 17. n. 5. Castro l. 2. de leg. panali cap. 14. Layman loc. citat. n. 9. & alii passim.

17 Ignorantia invincibilis tam juris, quam facti, sicuti ex dictis sub num. 11. excusatur ab omni culpa, ita etiam excusatur, & liberat ab omni pena per leges positivas decreta. Communis, ex cap. Nullus, & cap. Qui locus 1. quest. 4. Cum enim pena decernatur propter culpam, cessante culpa tamquam causa, cessare etiam debet pena tamquam effectus. Sic, v. gr. qui percussit Clericum invincibiliter ignorans eum percussorem esse ab ecclesia prohibita sub pena excommunicationis in cap. Si quis suadente diabolo 29. caus. 17. quest. 4. aut nesciens, vel non advertens illum esse Clericum, sine dubio non incurrit penam excommunicationis textu expresso in cap. Si vero 4. de sentent. excommunicat. & cap. Ut animarum periculis 2. de constitut. in 6. (Vide leg. 3. tit. 9. part. 1. ubi quatuordecim signantur cause, propter quas ab excommunicationis incursu, qui in Clericum manus violentas iniecerit, liberatur: inter eas ignorantia Clericatus numeratur.)

18 Etiam ignorantia facti, aut ipsius juris statuentis penam, vincibilis, & culpabilis quæcumque non crassa, vel supina, excusatur à pena per legem decreta: ut si in allato exemplo dubitans, vel suspiciens forte esse Clericum, absque sufficienti inquisitione, & diligencia credat non esse, & percussit, non incurrit excommunicationem, & sic in similibus. Communis, textu expresso in cit. cap. Ex animarum periculis 2. de constitut. in 6. ibi: Ut animarum periculis obviaret, sententis per statuta quorundamque Ordinariorum prolati ligari nolimus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina: Ubi ut videt, à pena per legem decreta non excusatur ignorantia juris, vel facti crassa, vel supina, ibi: Dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina. Communis. (Vide proxim. c. leg.)

19 Ignorantia sive vincibilis, sive invincibilis solius penæ, & non juris, & facti, non excusatur ab ipsa pena transgressores legis eam statuentes, quæcumque pena censuratum. Ne putes Lector quæcumque ignorantiam excusare hominem à censura; nam si affectata sit ignorantia, que scientie æquivalere, à censura hominem non excusatur, ut optime advertit Suarez disput. 4. sect. 10. Quomobrem graviores Theologi ut falsam, & laxam Salmaticensem opinionem rejiciunt, que immunem à censura efficit hominem, qui ignorantiam affectat, ut liberius, & impudenter peccet. Immo si generalia sint canonum statuta, que ab omnibus sciri, & custodiri debeant, quo in casu invincibilis ignorantia censura legi universali annexæ præsumi non potest, non adeo facile censuram immunes declarandi erunt ignorantia prætextu harum legum transgressores. Quis enim à censura eximeret illum, qui duellum committeret, sciens ab ecclesia prohibuit esse, quia ignorat huic prohibitioni annexam esse censuram? Quia ergo difficile est dari ignorantiam vere invincibilem talis censure, idcirco ejusmodi ignorantia si esset in casu, petere absolutionem deberet, inquit Doctissimus Auctor Theologiae christianæ.

20 Qui enim non ignorat legem latam, seu factum aliquod lege esse prohibitum, ignorat autem annexam penam, si illam lege prævaricaret, non culpæ solum, sed etiam penæ reus efficitur, sic Covarr. in cap. Alma mater part. 1. §. 10. numer. 9. Sotus in 4. dist. 6. quest. 8. Azorius part. 1. lib. 1. cap. 15. quest. 1. & 2. Jul. Clarus §. fin. quest. 83. verb. Secundus est casus, Henrici part. 2. tract. 3. dirput. 5. quest. 3. numer. 28. & 29. Layman leg. 1. tract. 4. cap. 20. num. 6. Molina tract. 5. dirput. 71. num. 9. Sanchez leg. 9. de Matrim. disput. 32. num. 31. Reiffenstuel leg. 5. decret. tit. 3. §. 13. n. 321. Sporer. loc. citat. num. 29. & alii passim contra paucos

ERRATA BIBLIOTHEC. TOM. V.

quosdam apud Tambur. leg. 1. in Decal. cap. 2. §. 10. num. 12. Et ratio est, quia ignorantia solius penæ non tollit causam penæ, id est, culpam; ergo nec effectum, seu ipsam penam. Tum quia universalis praxi omnium tribunalium, tum ecclesiasticorum, tum laicalium constat, malefactoribus, & legum transgressores variis affici pœnis rotæ, patibuli, gladii, combustionis, exillii, quamvis invincibiliter ignorant, delicta à se committenda, & commissa pœnis hujusmodi subjacere. Dicitur autem notanter excepta pena censurarum, quia ex communi omnium sententia ignorantia censurarum excusatur ab eis incurrendis, quamvis ceteroquin contra legem agendo gravissime quis peccet, arg. cap. Si vero 4. de sentent. excommuni. & cap. Ut animarum periculis 2. de constitut. in 6. (Leg. 34. tit. 9. part. 1.) Ad incurrendum enim censura requiritur contumacia, hæc autem non adest, ubi ignorantia censurarum habetur, adeoque &c. Navarrus in Manual. cap. 27. num. 274. Sylvester verb. Ignorantia numer. 14. Reiffenstuel lib. 5. decret. tit. 3. num. 323. & tit. 39. num. 31. Sanchez loc. cit. num. 13. Sporer loco citat. num. 39. Layman lib. 1. tract. 4. part. 5. num. 7. & alii plures.

21 Ignorantia non currit tempus; Innocent. in capit. Ne pro defectu num. 2. de election. Calder. cons. 366. Mandavit alios 37. de testam. in fin. Baldus cons. 92. Quidam in princip. l. 1. Fagnan. leg. 3. decret. in cap. Significatum est 11. de Regularibus num. 18. ignorans, & impediens equiparantur; Rota rec. part. 2. de dec. 662. num. 9. in fin. Et quidem dicitur impeditus impedimento juris, & facti; (Leg. 1. tit. 1. part. 1. tit. 10. part. 2. §. 8. tit. 29. part. 3. cum leg. unico. tit. 4. vers. Pero: lib. 1. Ord. Reg.) Annot. ad dec. 3. sub num. 17. part. 3. Rota recent. Ideoque ignoranti tamquam impedito est subveniendum; ibidem num. 18. Immo respectu rei ignorate consideratur tamquam res inanimata, ibidem sub num. 11. Nec præstat consensum, Annot. ad dec. 10. num. 26. 27. part. 3. Nec itidem censetur remittere jus suum, & sic renuntiare, donare, & repudiare; Annot. ad dec. 1. n. 50. & 51. part. 8.

22 Ignorantia est simplex negatio scientie. At si quis formavit de re perversam ideam, est potius error. Plerumque vero confundi solent.

23 Ignorantia vel est juris, vel facti, & hæc vel facti alieni, vel facti proprii. Notissima autem est regula, ignorantiam juris nocere; leg. 9. princip. ff. de jur. & fact. ignorant. Sed ne in errores incidamus, distinguendum inter lucrum, & dampnum. In lucro ignorantia juris utique nocet, sed excipiendi sunt minores; leg. 11. Cod. eod. & milites leg. 9. §. 1. ff. eodem. Dammum est, distinguente Donello Commentar. Jur. civil. lib. 1. cap. 1. vel rei amissa, vel rei amittendæ. In danno rei amissa pariter ignorantia juris nocet, sed excipi debent non solum minores, & milites, verum & femina; leg. ult. Cod. eodem, tum rusticus; leg. in fin. de Jure fisci. In danno vero rei amittendæ omnis non, id est, nulli nocet; leg. 8. ff. eodem. Exempla tradit Donellus ubi supra.

24 Hæc obtinent secundum Jus Romanum. Ceterum dubitari hodie solet, an juris ignorantia noceat in casibus illis in quibus de Jure Romano nocebat. Duplex à Jure Romano assignatur ratio, cur ignorantia juris nocere debeat. Prior quia jus (ut ait Jurisconsultus in leg. 2. ff. eodem) est finitum, & possit esse, & debeat. Sed non male respondet Schilter in Pr. Jur. Rom. Eod. 24. §. 34. Jus hodie minus est finitum, recepto præter patria jura etiam Romano, & Pontificio, & utroque in lingua peregrina descripto, variisque Interpretum opinionibus, & sententibus diffuso: Altera, quod consulti sunt Peritiores; leg. 9. §. 3. ff. eodem: Sed certe (ut respondet Strykius in usu modern. Pandect. lib. 22. tit. 6. §. 1.) in quibusdam negotiis hoc consilium quidem sequendum non esse credo, sed ut omnibus in casibus ex Jurisconsulti consilio, & ore quis pendere possit, impossibile est. Scilicet que negotia ita comparata sunt, ut omnes scire possint multa solemnia in his attendenda esse, ibidem omnino adhibendos esse Jurisconsultos constat, nec excusare poterit ignorantia juris, veluti in processibus

A 2 per-

peragendis, testamentis condendis, aliisque maximi momenti negotiis expediendis, quia hic facillime homines scire poterant, talia absque periculo consilio peragi non posse. At in aliis causis, & casibus, ubi probabiliter non adeo opera Jurisconsultorum utendum judicamus, sane durum esset, si quod hodie indistincte ob ignorantiam juris, jure suo privandus esset." 46

Patet hinc, prudentem Judicem perpensis peculiaribus negotiis debere arbitrari, an hodie ignorantia juris nocere debeat necne.

De militibus nostri temporis quaeri etiam solet, an datum sit ipsis jus ignorare prout datum erat de Jure Romano. Distinguit plures casus Trentacinq. *variar. reso-*

Patet hinc, prudentem Judicem perpensis peculiaribus negotiis debere arbitrari, an hodie ignorantia juris nocere debeat, necne.

Personae de quibus A. loquitur *minores, famina, rustici*, necnon *militis* sunt. Quidquid sit dispositum Romanorum jure hac in materia, connivendum non est, impuberibus in carnis delictis, sicut in ceteris infra decimum, & dimidium annum ab ipsis perpetratis, ignorantiam juris haud praebet nocendum; (1) etsi in commissis imposterum usque ad pubertatis tempus, meliores sint poena puniendi. (2) Rectus, justusque Judex in hujus impositione pro crimine, ex pubertate usque ad decimum septimum, arbitri erit; (3) quod militibus armatae militiae ob fidei favorem talis ignorantia non inferat praedictum, juri est consentaneum, dum praecipue agitur de damno vitando, (4) exceptis casibus falsitatis, perduellionis, & aliis: (5) prout in antecedentibus in veris paganis observatur. (6) Ultimam hoc assertum super delictis praeditabitur, nam ex eo quod sic per leges militibus indulgetur, ordinationes eorum sunt in mentem revocanda: quia sunt multa militiae crimina, quae quamvis minus atrocia, efficiunt rigorem disciplinae, ut puniantur capite, & nequit eis ignorantia juris naturalis excusationem praebere (7); & in paganis demonstratur, legum obligatione obstringi. (8)

In civilibus autem aliter se habet, siquidem nulli venit in dubium, minoribus usque ad vigesimum quintum aetatis annum, haud nocere ignorantiam: (9) ideo ante vigesimi & nonni impletum, indultum est eis restitutionis beneficium, dum tamen minoritatis simulque laesio plene sit justificata, (10) ita ut etiam adversus omnium lucrum sit eis, eorumve hereditibus restitutio concedenda: (11) nec ea privabuntur, etsi post factam ultimam substationem in suis bonis, alius plus offerens se praesentet. (12)

(1) *L. 21. tit. 1. p. 1.* Señaladas personas son las que se pueden excusar, é non escribir la pena que las leyes mandan: maguer non las entiendan, ni las sepan al tiempo que yerran haciendo contra ellas:: eso mismo decimos del mozo que fuese menor de catorce años, ó la moza menor de doce: maguer probase fecho de luxuria, sol que non lo supiese hacer. Estos tales excusados serian de la pena de las leyes, porque no han entendimiento: mas si por aventura fuesen menores de diez años é medio, é ficiessen algun otro yerro, asi como furto, ó homicidio, ó falsedad, ó otro mal fecho qualquier, serian excusados otrosi de las penas que las leyes mandan por mengua de edad, y de sentido. *L. 7. tit. 1. p. 7.* Mozo menor de catorce años non puede ser acusado de ningund yerro, quel pusieren, que oviese fecho en razon de luxuria::

(2) *Ead. ibi:* Pero si acacese que este tal, otro yerro ficiese, ó matase, ó furtase, ó otro fecho semejante destes, é fuese mayor de diez años é medio, é menor de catorce, decimos que bien lo pueden ende acusar: é si qual yerro le fue probado non le deben dar tan grand pena en el cuerpo, nin en el haber, como farian á otro que fuese de mayor edad, ante gela deben dar muy mas leve. Pero si fuese menor de diez años é medio, estonce non le pueden acusar de ningund yerro que ficiese:

(3) *L. 8. tit. 31. ejusd. ibi:* E si por aventura el que oviese errado fuese menor de diez años é medio non le deben dar ninguna pena. E si fuese mayor de esta edad, é menor de diez y siete años, debelen menguar la pena que darian á otros mayores por tal yerro: *vid. add. hisp. in verb. Furtum, vers. De latronibus.*

(4) *L. 1. tit. 1. p. 1. ibi:* Otrosi decimos, que los Caballeros que han á defender la tierra, é conquistar la de los enemigos de la Fé por las armas, deben ser excusados, por non entender las leyes: é esto seria, si perdiesen ó menoscabasen algo de lo suyo andando en juicio, ó por razon de posturas, ó de pleytos que oviesen fecho á daño de sí; ó porque oviesen perdido algo de lo suyo por razon de tiempos: *Ad rem 8. §. 29. tit. 30. p. 3.*

(5) *L. ead. ibi:* Fuera ende si el Caballero ficiese traicion, ó falsedad, ó alvener:

(6) *L. ead. in fin.* E eso mismo decimos de los aldeanos que labran la tierra, é moran en logares do no hay poblado, é de los pastores que andan con ganados en

lut. lib. 2. resol. 1. num. 49. & secundum eos declarat, quia ratione militis nostri hoc privilegio gaudere queant. Confer etiam Strykius *loc. cit. §. 4.* ubi de militia provinciali ait: "Non aequè omnia privilegia militum applicari possunt, quia tantum in subsidium constituitur provinciae defendendae gratia, ut intra provinciam maneat, nec milites in illam laesi vacant ubique armis, sed agriculturam exercent. Quod si tamen imminente necessitate actu militare compellantur non deneganda ipsis erunt militum privilegia." Haftenus de ignorantia juris.

Quod vero concernit ignorantiam facti, ea si sit facti alieni, excusat simplique praesumitur; *leg. 3. Cod. de probat.* modo non sit nimis crassa, & affectata; *leg. 23. §.*

los montes, é en los yermos, é de las mugeres que morasen en tales logares como estos::

(7) *D. leg. ibi:* O yerro que otro ome debiese entender naturalmente que mal era::

(8) *L. 1. tit. 1. lib. 2. Recop.* La ley ama y enseña las cosas que son de Dios, y es fuente de ensenamiento, y maestra de derecho, y ordenamiento de buenas costumbres, y guiamiento del pueblo, y de su vida: y su efecto es mandar, vedar, punir, y castigar.

(9) *L. fin. tit. 19. p. 6.* Porque los bienes de las iglesias, é de los Reyes, é de los Concejos se pierden, ó se menoscaban por culpa de los que han á procurar, ó por engaño de los otros. E por ende fue establecido antiguamente que tales bienes hayan aquel privilegio, é aquella mejoría que han las cosas de los menores de veinte é cinco años: *L. 22. tit. 1. lib. 5. Recop.* Ni ningun menor que tenga tutor ó curador, sin licencia de los susodichos, no pueda comprar, ni tomar, ni sacar en fiado por sí, ni otrosi: y qualesquier contratos, fianzas, y seguridades, y mancomunidad, que sobre ello se ficieren, y ordenaren con qualesquier clausulas, y firmezas, en qualquier manera todo sea ninguno, y por virtud dellos non se pueda pedir en juicio, ni fuera dél en ningun tiempo cosa alguna::

(10) *L. 5. tit. 17. p. 6. ibi:* Otrosi, decimos que si al menor de veinte é cinco años fuese otorgado poder en testamento de otro, ó de otra manera de escoger alguna cosa que él fuese mandada, que si por aventura se enganase en la escogencia, cuidando tomar lo mejor, é non lo ficiere asi, que puede pedir al Juez que le mande desax aquella cosa por que tomó, é tomar la mejor: é el Juez debelo hacer: (*vid. in. A pag. 87. vers. Etiam::*)

(11) *L. 8. ejusd. ibi:* E tal demanda como ésta puede hacer el menor en todo el tiempo, fasta que sea de edad cumplida de veinte é cinco años: é aun en quatro años despues deso: é non solamente puede el menor fazer demanda fasta este tiempo, mas aun sus herederos:

(12) *Cit. l. 5. ibi:* E aun decimos que si alguna cosa del menor de veinte y cinco años fuese metida en almoneda, é la comprase alguno, é despues deso viniese otro que dixese que daria mucho mas por ella: que puede pedir otrosi al Juez que torne aquella cosa, el que la habia sacado del almoneda, é que la dé al otro que dé mas por ella: é el Juez debelo hacer, si entendiere que es gran pro del mozo::

§. 1. *leg. 6. leg. 9. §. 2. ff. de jur. & fact. ignorant.* vel aliis á lege reprobata ob publicam utilitatem. Consule Donell. *Commentar. jur. civil. l. 1.* qui exemplis rem illustrat.

Difficilius vero ignorantia facti proprii excusat, nisi 50 justa & probabilis afferatur causa propter memoriae humanae imbecillitatem. Adi Hann. ad Wesembec. *leg. 2. tit. 26. num. 3.*

(Summatim hic aliquid peringere necessarium erit: quod in unum cum praecedenti redactum claritatem majorem aperiet.

Sicut error consensui opponitur; *vid. art. 4. verb. Canonis num. 16.* ita scientia adversatur ignorantia; neminem regulariter, cum sit juris, excusat: neque ejus praetextu á pena liberatio obtinetur; in comprobationem vide *leg. 1. §. 4. tit. 5. lib. 1. For. Reg. 15. §. 20. tit. 1. par. 1. 3. tit. 4. lib. 1. Ord. Reg.*

Proprii, & alieni facti, si periculum temporis spatium fuerit transcursum, ignorantia praesumitur, eidemque est fides sub juramento adhibenda; *leg. 3. tit. 13. lib. 4. For. Reg. 5. tit. 9. part. 7.* De facto alieno vide etiam *22. §. 41. tit. 6. part. 1. 14. tit. 29. part. 3.* E contra vero, neque ullus facta aliena scire tenetur, neque prudens quilibet factum proprium ignorare praesumitur.

In proprio non est tolerabilis ignorantia, dum lucrum intenditur; *leg. 14. tit. 29. part. 3.*

Juris ignorantia intercedente, non datur soluti repetitio, si fuerit facti, secus; *leg. 28. tit. 14. part. 5.* Quae *verb.* Qui accusari &c. exposita reperitur, perlegatur. Ne despiciatur Gloss. D. Gregor. Lopez ad suprascriptas leges Partitur.

ILLEGITIMUS. Vide *verb. Filius.*

IMAGINES.

SUMMARIUM.

- In quo sit.*
- An & quomodo licitum sit Deum Sanctissimam Trinitatem, & Angelos depingere, ad n. 5.*
- An Catholica Ecclesia veritatem consentaneam sit Imagines Christi Domini, Beatae Mariae Virginis, & Sanctorum depingere, ad n. 7.*
- Quae sint servanda circa Imagines quaecumque representandas, ad n. 12.*
- Quid requiratur, ut Imagines collocentur in ecclesiis, ad num. 14.*
- Quid permittitur vetitumve sit circa Imagines Sanctorum, qui á Sede Apostolica non sunt canonizati, vel beatificati, ad num. 22.*
- Sacrae Imagines an licite, & sancte collantur, & adorentur, ad num. 25.*
- An uno eodemque cultu omnes adorari queant, ad num. 27.*
- Imagines non adorantes, vel illas violantes, quibus panis sint afficiendi, ad num. 29.*
- Quid in lege tam veteri quam nova statutum sit de Imaginibus depingendis, & adorandis, ad numer. 35.*
- An & quando Imagines possint transferri ex uno in alium locum, ad num. 37.*
- Quid propositum sit circa Imagines SS. Francisci, Antonii de Padova, Augustini, Nicolai de Tolentino, &c. ad num. 39.*
- An possit ad aliam Sanctam Imaginem concursus impediti, ad num. 41.*
- Quid cautum sit circa Imaginum picturas, oblationes eidem factas, ac processiones cum Imaginibus, ad num. 48.*
- Agitur de Imagine miraculosissima B. M. V. asserta in altari majori ecclesiae Aracellitanae Urbis, ad num. 54.*
- Subjunctantur Supplementa Auctoris, ad num. 80.*
- Additiones ex aliena manu, ad num. 82.*

IMAGO proprie definitur figura picta, vel sculpta vere re-

praesentans aliud, cujus est Imago, quae differt ab idolo, quod falsum quid representat, ut imago chimerae. Licet tunc est in nova lege Deum, & Sanctissimam Trinitatem depingere, & representare in forma corporea, & visibili, v. gr. Divinus Pater in forma Viri Senis, quia est antiquus dierum, & Principium aliarum Personarum: Divinus Filius in forma Viri Juvenis, quia est Filius Patris, & talis naturae humanae assumpsit: Spiritus Sanctus in forma Columbae, quia talis apparuit. *Communio Catholicorum* ex universali usu, & praxi ecclesiae, & desumitur ex Sacra Scriptura, qua constat Deum ipsum hominibus apparuisse in forma corporea, & visibili. *Genes. 3.* apparuit Adae tanquam homo deambulans ad auram post meridiem. *Genes. 18.* apparuit Abrahae in specie trium Virorum. *Genes. 28.* Jacob vidit Deum in forma viri innoxium summisi Scala. *Isaías cap. 8.* vidit Dominum sedentem super solium excelsum. *Daniel. cap. 6.* vidit Antiquum diem in throno sedentem, capite, & crine canum, seu capillis albis, prout pingitur Dominus Pater, *Matth. 3.* apparuit Spiritus Sanctus in specie Columbae; unde *Nicolaus I. epist. 2.* sic ait: *Apparuit nempe Deus Abrahae Patri nostro, non in carne, neque in anima, sed in specie trium Virorum... apparuit denique Jacob per subjectam creaturam speciem, unde & dixit: Vidi Dominum facie ad faciem, & salva anima est anima mea. Ecce incorporeus Deus, & invisibilis per speciem subjectam creaturae ita se mortalium voluit videri obtutus, ut crediturus esset ad gratiam. Atque licite depingitur, & representatur, quod revera gestum est; ergo si Deus ipse ita apparuit, ut ex tali forma corporea mentem hominis erigeret ad incorporea, & spiritalia apprehendenda, etiam nobis licitum erit id pia recordatione pictis, vel sculptis imaginibus imitari, representare, & colere. Haec autem assertio, quamvis sine temeritate negari jam non possit propter universalem ecclesiae consuetudinem, tamen non est de fide, ut observat Bellarminus, *lib. 2. de sacris imaginibus cap. 8.* *Layman lib. 4. tract. 7. cap. 5. num. 2.* & alii; cum non tantum sit contra hereticos praesertim Calvinum, *lib. 1. instit. cap. 11.* sed etiam contra quosdam Catholicos, Durandum, *in 3. dec. 9. quest. 2.* Abulensem, *in cap. 4. Deuteronom. 9. 5.* Henricum de Gandavo *quodlibet 10. quest. 2.* & alios dicentes, id non licere maxime ob periculum idololatricae. Certissimum vero est non posse depingi Deum ad representandam ejus veram naturam, formam, aut figuram. *Communissima omnium ex Trident. sess. 25. decret. de venerat. reliq. & cultu imaginum, libi: Non propterea divinitatem figurari, quati corporis oculis conspici, vel coloribus, aut figuris exprimi possit. Cum enim depingitur secundum modos supradictos, pingitur solum ad representandam oculis historiam, secundum quam Deus in forma corporea, & visibili seipsum hominibus, ut supra pluries videndum ostendit, se ad representandam aliquam sui proprietatem, affectionem, operationem, vel mysticam significationem propter finem adductum sub numer. 2.**

Licitum etiam est Angelos depingi, vel sculpti in forma corporea visibili, & consueta in ecclesia catholica. *Communio Catholicorum* contra haereticos, & ita docuerunt contra Iconoclastas Patres Concilii VII. Generalis *act. 5. & 7.* & colligitur ex Sacra Scriptura, tum veteri, tum novi Testamenti, ubi non solum Angeli in tali forma saepe apparuisse referuntur, sed etiam in veteri Testamento Cherubini in forma corporea, & visibili ad arcam, in templo, ac alibi etiam ex auto erecti, & representati sunt; ergo recte á nobis etiam scilicet figurantur, depinguntur, & representantur, ut mens nostra ex forma visibili, & similitudine sibi nota erigatur ad spiritalia, & incorporea facilius intelligenda, sicut docet Sanctus Dionysius Aetopagus, *de Caestri Hierarchia c. 2. & 15.* Catholica fide tenendum est, recte depingi imagines Christi Domini, Beatae Virginis Mariae, & aliorum Sanctorum, tum memoriz, tum venerationis causa. Sic definitum est in secundo Niceno Concilio contra Iconomachos, qui Judaeos Samaritanos, Mahometanos imitati, omnem imaginum cultum idololatricam dixerunt, ideoque eas flammis, & ferro addixerunt, & est etiam contra moder-